

CHRISTY
496.GELASII PAP.
5.ANASTASII IMP. 6.
THEODORICI REG. 4.

apud te nunquam fatigatus est qui rogavit, suscepisti causam infelicium, & te protinus ad rediiva onera preparasti. Ravennam pro nobis Regem rogaturus excurris. Quantas ibi, postquam Gallicana insignia effugerat, minas Caeli, procellarumque discrimina, adhuc quasi avi integer, aut valens corporis munitus exuperas? Numquam tibi ad officium animorum se membra quamvis invalida, suoduxerunt: frigus, pluvia, Padus, jejunia, navigatio, periculum, tonitrua, sine tecto mansio in ripis fluminis incerti, pene sine terra portus virtuti tua dulcia fuerunt, & grata successus. Consolatus est de presentia tui ille Eminentissimus Rex, qui te videre ambienter optabat. Exposuisti necessitates nostras adveniu tui, antequam diceret: & quales tecum habitantium lacryma te compulerint, docuerunt superata discrimina. At ubi ad Principem ingressus es, ita loqui coepit.

LVIII.
Oratio
Epiphani
ad Theodoric.
Regem.

Solita, Rex venerabilis, mentis tranquillitate famulorum preces intellige. Et me ad postulanda necessaria, & vos ad tribuenda usus informas. Lex tua est, ductor invicte, misereri iugiter. Tu semper nutriti spem intercessionum in posterum, dum presentibus non resistis: oram supplicationi nostra patefecit ad reliqua semper apud vos beneficii fides impetra-

Ann. Eccl. Tom. VIII.

PAGIUS fecimus. Ex ea enim cum Vita Sancti Epiphani collata, annus emortalis eius certo erui potest. Ennodius narrata Legatione Sancti Epiphani ad Gundebodum & Godegesilum Burgundionum Reges, mense Martio anni CDXCIV. obita, cap. 13. subdit, tertio mensam Ticinum remeasse sanctum Antistitem, reducibus captivis, quos uterque Rex dimiserat. Tum subiungit, nec dum biennio exacto a deliberata quietis gremio, suscepisse causam infelicium Ligurum, imposta illis a Theodorico Italiae Rege tributa deprecaturum inter minas caeli procellarumque discrimina, Ravennam, ubi agebat Theodoricus, sese conulisse, & duas indictionis Ficalis partes ab eo impetrasse. Sed dum Ticinum rediret, Parmam ingressus catarrhum contraxit, quo postquam Ticinum pervenit, sublatus est septimo die, ideoque vel autumnus vel hieme. In Fastis Romanis ac Ticinensibus XII. Kal. Februarii, a quibusdam XI. Kal. Februarii colitur Epiphanius, sed dies XXI. Januarii ad ejus Mortem, & dies XXII. ejusdem mensis ad ejus sepulturam referri non possunt, cum Ennodius in fine ejus Vitae scribat: *Illud silentio praeire non debeo, quod ejus sancta Reliquia usque in diem vestrum, quo cum summa veneratione recondita disoscuntur, tanto lumine ac decore vestita, cunctorum visus sunt oculis ut splendorem vita vultus signaret defuncti, &c.* Dies itaque mortis ejus incertus, licet verosimile sit, eum die XXI. Januarii, ad Deum migrasse; ad Pascha tamen currentis anni vitam non pertraxit.

X.

Natus erat Epiphanius juxta dicta anno CDXXXVIII. cum anno aetatis LVIII. mortuus sit. Afferit Ennodius eum quinquagesimo octavo aetatis anno ductum esse ad tumulum, & triginta

ti. Liguribus tuis largire quod proferas, tribue quod reponas. Futurorum questus est temporalis indulgentia. Boni Principis mos est cum virtutibus amare famam, & regnum ita ordinare, tanquam ad stirpis suae posteros transiturum. Nutantes domini haec tantum, quae accipiunt, diligunt: firmissimi illa potius, quae dimitunt. Sic terris, semina parva committimus, ut multiplicata capiamus: Foenus sine crimine fit triplicatum: boni Imperatoris est possessoria opulencia. Concede immunitatem anni praesentis Liguria: qui eos ab externis, qui supplicat, reduxisti. Quamobrem praesentem civitatem habuerimus, clementia vestra astantes interroget: nemo illi mentitur, cui serviunt, qui convincant.

Ad haec Princeps; Licet nos immanium expensarum pondus incitet, & pro ipsorum quiete legatis indefinenter munera largiamur: tamen vis meritorum tuorum tractatibus nostris reverenter intervenit. Opus est fieri quicquid injunxeris; juvat omne quod praecipis: eliminamus enim compendii nostris. Nihil tu quasi ex accidenti deprecaris, qui habes in nobis plurima quae reposcas. Duas tamen praesentis indictionis ficalis partes cedemus, tertiam tantummodo suscepturi: ne aut erarii nostri angustia Romanis patriarum majora dispendia aut supplicatio

LIX.

G g g g tua

in Sacerdotali conversatione vixisse. Qui Episcopatus anni incompleti numerandi. Constat enim ex Ennodio eum anno superiori in ipsum finem etiam vergente, Pado fluvio sese commisisse, & Ravenna egressum per omnes Familias Civitates celerem venisse, tanquam ad Sepulchri receptaculum properantem; ideoque medio circiter mense Januario hujus anni Ticinum pervenisse, ac septimo post die obiisse. Inter Ennodii Carmina, nonnum hunc titulum praefert: *Ditho, quae habita est in Natali S. ac Beatissimi Papae Epiphani, in annum XXX. Sacerdotii.* Quae Oratio, non hoc anno, ut putavit Simonius, sed praecedenti recitata in die ejus Natali. Is tamen recte advertit in Notis pag. 74. quemadmodum Principes Natali suo Panegyricis orationibus laudari mos erat, ut testantur Panegyrici dicti in Quinquennialibus, Decennialibus & aliis: ita etiam Episcopos anniversario die suscepti Episcopatus. Illud discrimen inter utrosque fuit, quod Episcopi solum die suo Natali Panegyricas orationes haberent, Imperatores vero non tantum singulis annis die Natali genuino; sed etiam singulis quinquenniis die Natali Imperii publicis laudibus celebrarentur. Juvabit legere Exercitationem IX. de Natalibus Episcoporum a Wilhelmo Ernesto Tenzelio Viro doctissimo nuper publicatam.

Orationes
in die Na-
tali Epi-
scoporum
habita.

Hoc vel sequenti anno Perix Cabadem Regno submovent; conspiratione enim facta omnibusque insurgentibus eum abdicant undecimo ex quo regnavit anno, & in Leibes castellum conficiunt; Regni vero potestatem in Zamaßhem transferunt, qui & ipse Perix filius erat, & alioqui lenitatis & justitiae nomine optime audiebat inquit Agathias lib. 4. qui jam dixerat, legem ab eo latam, qua femina viris communes pro-

XI.

Zama-
ßbes sit
rex Per-
ixarum.

si.